


Tractatus .i. Theop. de diuinis nois
Idem de pfecto status spiritualis
Regem in con. p. d. m. m. . .
Expositio s. p. d. m. m. . .
De mo de p. d. m. m. . .
De stat. in bel. m. a. d. e. . .
Data



M. Th. Lh. 227 (Ink.)



1) Voullé 1171.

2) - 1172.

3) Kaminertus, vgl. Voullé 709

4) Savonarola Cop.

5) ^{Textor} Tanno romani (in Guillelmo Poepelle)

6) Lud. de Sax, Voullé 759, abt

Bl. 1. n. d. h. v.

Quapit tractatus beati thome de diuinis
moribus.

Nefecti estote sicut et pater vester ce-
lestis perfectus est. In sacra scriptura
nichil nobis impossibile consulitur
vel precepitur. In hoc verbo domini
ihesu non sunt nobis precepta facta diuina vel
mores diuini ad quos nemo perfecte pot̄ attin-
gere. s̄ imitamur ut ad eos imitandos pro pos-
sibilitate nostra accedere studeamus quia h̄ pos-
sumus et debemus et nichil dignius ut dicit io-
hānes episcopus q̄ ut homo sui conditoris sit
imitator et secundum modum propter faculta-
tis diuini operis executor.

Deus immutabilis est.

Est igitur vnus mos siue pfectio in deo.
q̄ immutabilis ē sua natura. ipso testan-
te in ppheta. Ego deus et nō mutō. Et
beatus iacobus. apud quem non ē transmutatio.
Et ideo immutabilia sunt opera eius secundum
essenciam sc̄z angelus anima celum et quatuor
elemnta. Et si quandoqz mittat angelos. q̄nqz
nō mittat. aliquando subtrahat gratiam homi-
bus. aliquā conferat. q̄nqz peccata vindicet. quā-
doqz dissimilet. mutabilitas ē in creaturis nul-
latenus i creatore. Precepue v̄so in nouissimo
die ordiāo sua ē bonos et malos immutabilis

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

permanebit cum bonis mercedem supra meriti
malis penam citra merita mensurabit. **D**ic et
nobis studendum esset ad mentis constanciam
ut nec aduersis fracti. nec prosperis illecti ali
quatinus a via rectitudinis flectemur sicut bea
tus **J**ob. Justificationem inquit quam cepi te
nere non deseram. **D**ed apostolus. **C**ertus sum
quia neque mors neq; vita etc. poterunt nos
seperare a caritate dei. **D**ed heu nimis inconstan
tes sumus in sanctis meditacōibus. ordinatis
affectionibus. in cōscience securitate in recta vo
luntate. **H**eu q̄ subito mutamur. de bono i ma
lum et de spe in timorem iniustum. et econtrario
de gudio in dolorem iustum. et econtrario de ta
citurnitate in loquacitatem. de maturitate in le
uitatem. de caritate in rācorem. vel inuidiam. de
strugre in acidiā. de humilitate in vanam glo
riam vel superbiam. de mansuetudine in iram.
de spiritali leticia vel amore in carnalem. **I**ta
q̄ nunq̄ vno momento in eodem statu stabiles
permanemus nisi q̄ heu cōstantes sumus in
inconstancia. in infidelitate in ingratitude
in spiritalibus defectibus. in imperfectione
in temporis amissione. in leuitatibus. in co
gitationibus in affectionibus impudicis. **I**n
stabilitas autem exteriorum sensuum et
membrorum. mutabilitatem indicat

affectionem et motum intercedim. Ad hoc ta-
men merito nitentur. ut nos frequenter vno
eodemq; modo id ē mature et benigne instati et
vicissu in omni ouersacōne nra equalit hērem?

Donum deo placet.

Huius mos est in deo siue perfectio q̄ oē
bonum sibi ex natura placet omni tem-
pore et in omni loco. siue in angelis si-
ue in hominibus siue in alijs creaturis. siue sic
bonum naturale corporis. ut est pulchritudo for-
tudo sanitas. naturalis maturitas. Aut anime ut
est ingenij perspicacitas. tenax memoria. subtil
intelligentia. naturalis bona voluntas. arbitrij
libertas et similia. Siue bonum gratis datum
ut ē bene legere. bene cantare bene predicare. sa-
cūdum contingentem. abstinentem esse. compo-
tos mores habere et similia. Siue bonum
gratuitum quod maxime deo placet. ut ē fides
spes caritas. humilitas. patientia. obediētia mi-
sericordia. veritas. temperantia. iusticia. prudentia
et scientia. Et omne malum sibi displicet semp
et vbiq; in quolibet. Dicit enim iusticia in ius-
ticie mundicia mundicie mimica est. ita diuine
voluntati malicia contraria est. et quia bonum
gratie priuat vel diminuit quod bonus deus
nature contulit. Similiter nobis placere debēt
omne bonum semper et vbiq; et in qualibet

creatura et debemus bonum sollicite tueri et
fouere omnibus q; bonum impugnantibus au-
dacter resistere. Malum quoq; semper et ubi
q; ex corde detestari et quantum possemus quo-
cumq; consilio impedire propter iniuriam dei et
dammum proximi et multo amplius prop-
ter contumeliam creatoris q̄ propter periculū
hominis. Sed heu frequenter res vertitur in
contrarium. Cum enim laudatur quis vel dili-
gitur ob gratiam humilitatis religionis. duoci-
oms. predicacionis vel alterius gratie. et nos
ex hoc tristitiam concipimus vel illius gratiam
diminuimus quid aliud quam quod bonum
non placeat nobis demonstramus. Aut cum
quis ociosa loquitur detrahit ridet. aut alias
leuitates seu peccata committit et nos coridem⁹
colloquimur. aut cum delectatione cordis talia
mala videmus. et audimus quid aliud facim⁹
nisi q̄ mala non displicent testes sumus

Deus preuidet omnia

Huius mos siue perfectio est in deo. q̄ o-
mnia bona futura et mala prudenter pre-
uidet et atequam omnia fiant cognos-
cit. et quid boni vel mali possit ex eis ceteri dis-
cernit sicut casum angeli et primi hominis pre-
sciuit et temptari permisit. et quid mali sequi
potuit pre cognouit scilicet gnis humani dampnatio

et h[ab]ere scilicet filij dei incarnatio et ex hoc ma
ior ex unione quando ante hominē gl[ori]ficatio.
Dimiliter prouidenda nobis essent omnia ve
ba et opera nostra. natus et incesus n[ost]ri et q[uo]d bo
ni q[uo]d mali nobis quid scandali quid emendacō
nis ex ipsis alijs possit euenire. **I**tem preo[ra]gitā
dum esset si temptacōnes fortassis in futurum
insurgent. siue demonibus siue ab hominibus
amicis carnalibus. siue spūalibus. aut ab ini
micis carnalibus siue spūalibus. quaher re
sistendum tolerandum qualiter euadendū quia
miuus feriunt iacula que prouidentur. **I**tem pre
uidendum quid futurum inseparacōne corporis
et anime. q[uo]ntus dolor imin[et] corpori. q[uo]ntus timor
anime quantū periculum. **I**tem vbi manendū
cū deo vel cum dyabolo in celo ul[tra] in inferno. quā
ta iocunditas cū deo manentibus quanta infel
icitas ab eo recedentibus vale esset omnibus
in mēte iugit[er] hoc versari. **D**eo moyses optauit.
Ut inā sciret et intelligeret ac nouissimā prouideret
Deus patiens est.

Huius mos siue perfectio ē in deo quan
tumq[ue] a creatura sua offenditur et cō
tempnitur nunquam tamen ipsam na
turam odit. s[ed] vere eam diligit et bonum eius
feruenter desiderat deus licet malum eius detes
tatur. et prouidet ei temporalia ab h[uius] suo desiderio

et spiritalia si ea concupiscit. facit solem suum
ori super bonos et malos. et pluit super iustos
et iniustos. Ad hanc perfectionem similiter ten-
dere deberemus. ut quantumcumq; nos homo
leberet. nunquam tamen naturam ipsius odire-
mus. sed omne ei bonum optaremus et quan-
tumcumq; corporale vel spirituale auxilium a no-
bis ex peteret subsidium a nobis. protinus iue-
nir. Perfectum vero odium habet deus et no-
bis habitum est. ut non propter hominis dilecti-
onem vicia diligamus. nec propter detestationem
victorum naturam hominis detestemur. sed na-
turam diligamus vicia detestantur.

Discretio dei

His est mors in deo quod nunquam ex parte
ipsum unus de alterius malicia recipit
detrimendum. Nichil enim nocet sancto michi
achi casus luciferi. nec inde malicia beato petro.
caritatem diminuit. sed heu nos miseri unus
religiose persone excessum in totum elapsum
refundimus. ymmo totum ordinem. sed et om-
nes religiosos pro peccato unus penitus con-
tempnamus. Et si ab vno inimico nostro ledi-
mur. totam suam progeniem et multos pau-
peres innocentes psequimur. et amicos et fami-
liares ipsi quantum possumus indebite molesta-
mus. quod dominus in lege prohibuit dicens

Non portabit filius iniquitatem patris. nec pater
iniquitatem filij. s; vnus quisq; onus suum porta
bit dicit aplūs. Deu quociens contingit num
aliquis turbatus ē q; etiam ipse deus licet ime
rito de hoc frequenter recipit de rementū. ex eo
q; tūc non vult cātare ul' sustere ul' legē nec orad

Desectio dei.

Huius mos est in deo q; nunquam ppter
misericordiam iusticiam desit. nec ppter
iusticiam misericordiam derelinquit nū
quam enim aliquem iudicat ul' condempnat si
ne misericordia nec alicuius miseretur sine ius
ticia. Sed nos misericordiam iusticiam seruare cō
tendimus misericordia extinguitur. q; cū aliam
miām exhibemus iusticia penitus sepelitur licet
scriptura simul vtrūmq; cōmēdet ibi. Miseri
cordia et veritas non te deserant et ps. Miseri
cordiam et iudiciū cantabo tibi domine.

Paciencia dei.

Huius mos ē in deo cū omnes sancti et
oīes creature clamēt vindictā dei etia
peccatorem sicut in apocalipsi legitur q; omnes
clamabant. Vsq; quo domine verus et sanctus nō
iudicas et vindicas sanguinem nr̄m de hīs qui
habitant in terra. Deus tamen pacenter et mi
sericorditer expectat peccatorem vsq; ad mortem
ut misereatur sui si conuerti vult a via sua

a 4

mala. quia non delectatur misericors deus in
predicatione uiuorum. **D**ed nos impacientes in
momento antiquam foueam peccati foueam
maledicentes et vindictam clamantes eum pro
pimus sepelire in sperantes deo quare tam diu
sustineat peccatorum malitiam contra bonos. non
considerantes quanta bona sapiens deus ordina
uit de malicia eorum. **Q**uia tantum laudandus
est deus. et tante misericordie est sustinere malum
in malicia. ac si mundum seruaret a peccato vel
eciperet a peccatis. hoc enim commendat omni
potentiam suam. **N**on enim est magne poten
tie iniquum in foueam inferni demergere sed
misericordiam suam peccando maxime et mise
rando manifestare.

Liberalitas dei

Huius mos est dei siue perfectio. quod creatu
ris communicat quod communicabile est
et ab eis receptibile est. etiam singu
lis momentis communicat cum habilitatem in
uenit licet videat in eis non perfectam. **H**umanam
naturam. uniuert cum filio suo in una persona
quod maximum est. et animam creauit capacem
communicans preter alia dona scilicet inualia. reficiens
eam carne et sanguine dilecti filii sui. **N**on nichil in
coicatum reliquit hoc est proprium diuine voluntatis. **N**am
quod sibi naturale est. coicauit deus per gratiam creaturis

Angelis communicauit beatitudinem nunquam
ex parte miseriam. **C**horo apostolorum potestate.
ut quid quid soluent vel ligent in terra solutum
et ligatum sit in celo. **C**horo prophetarum sapien-
tiam prenoscendi futura. omnia que facere dis-
posuit. **C**horo martirium fortitudinem contra
aduersa. **C**horo confessorum inter prospera con-
stantiam. **C**horo virginum continentiam inter
carnis illecebras. **I**tem quibusdam specialiter
communicauit aliquid quod habet ex natura. ut
abrahe largitate. moyse mansuetudinem que mi-
tissimus hominum fuit. **J**osep providentiam su-
per egyptum. samson fortitudinem helie zelum ius-
ticie. patientiam iob et thobie. helizeo mortu-
orum suscitacionem. danieli iudicij discreti-
onem. samueli fidelitate. dauid contra persequentes mi-
sericordiam. **S**alomoni prudentiam. **J**ohanni
baptiste sanctitatis et ueritatis amorem. **B**e-
ate uirgini humilitate. petro caritate. iohanni eu-
angeliste castitate. beato paulo zelum animarum
et superiorum cognicionem. **S**inguli in istis alijs
exalabant licet omnes eadem habuissent. **V**ide
nos inuicem communicare debemus non solum o-
culos uidere pro alijs. aures ad audiendum con-
fessiones. os ad predicandum. ad dandum consilia
pedes ad ambulandum eorum ad meditandum pro
aliorum salute. **U**trum etiam quidquid habemus

in spiritualibus siue in temporalibus. quid quid
possumus extenuis per opera intus per desideria
et quidquid sumus in corpore et in anima singul
in purgatorio. et qui nunc uiuunt et post nos
erunt. ut secundum uoluntatem dei uiuant in pre
senti et in futuro

Placabilitas dei

Huius est mos dei quod graues et multas iniu
rias suas statim patitur est remittere cum quis
firmiter cessare et ueraciter emendare proponit.
ymmo propter unicum gemitum cordis contritus
obliuiscitur sicut dicit scriptura. quod postea nunquam
dampnat uolascendo si sic permanserit nec impro
perat confundendo. nec minus diligit imputando
nec abgenatur eidem familiaritatem subtrahendo

Nos uero miserum uelutigia dei sequi merito
deletemus uix unquam etiam petenti ueniam
et pro posse satisfacti uolumus ex corde mo
dicam iniuriam semel nobis illatam dimittere
aut si dimittimus uix unquam tamen obliuif
cimus quin suo incommodo gaudeamus. et si con
tingat aduersitas minime doleamus aut min
us ante diligimus. aut si non improperamus
illatam iniuriam uel non conquerimur. quod duo
iura sunt familiaritatem tamen nostram sibi
subtrahimus. et consilium et auxilium necessitatis
tempore denegamus. cum etiam ueniam non petenti nec

emendam exhibenti merito parcerem⁹ exem
plo ihesu casti. qui pro crucifixoribus suis vni
am non petentibus s; iudentibus exorauit cu
nihil faciat deo sic similem sicut dicit crisostom⁹
quemadmodu malignis et ledentibus esse pla
cibilem. et cum sic cumulus perfectionis imimi
tos diligere. et pro ipsis orare sicut dñs ihesus
fecit sicut glosa dicit super matheum.

Misericordia vel sufficientia dei.
Huius mos e in deo q a nemine quidq
erigit sup posse i ieiunijs oronib⁹ vigi
lijs et elemosinis. castigacōib⁹ corporalibus disci
plina regulari et similibus. et si deficiat i magnis
operibus ad diluenda p̄a sufficiat deo in minimis
scilicet in lacrimis ex corde contritio proceden
tibus. ut de ezechia legitur. cuius lacrimas re
spexit dñs. et quindecim annos sibi adiecit. mu
tans sententiam mortis quam protulerat per
phetā. Similiter lacrimas beati petri p pec
cato grauissimo misericorditer exaudiuit cu au
dito gallo fleuit amare pro peccato negacōnis
Di vero lacrimas quis habere nō posset. sufficit
deo in verbo et corde contrito veniente sicut legi
tur de latrone. qui cum diceret dñō. Memento
mei. respōdit. Hodie mecum. etc. Di vero vsu
lingue amitteret. gemitum cordis contriti pro
pleno deus r̄ciperet. sicut scriptuū e. Quacuq;

hora peccator ingemuerit omnium iniquitatu
eius non recordabor. Sed si infirmitas omnium
membrorum usum abstulisset. q. nec membrum
mouere posset. nec gemere pro debilitate adhuc
suffi. eret deo in bona et sincera hominis volun
tate. pro offensa grauissima. Ita et nos a nullo
amplius desiderare q. quam debemus. siue seculari
siue religioso quantumcumq. sit abstractus voto
si fideliter fecerit pro posse suo

Complio dei

Huius mos dei e. q. nlli ipueat corpore
defectus naturales. sicut est cecitas sur
ditas. membrorum deformitas qua
liscunq. vel defectus naturales in anima. sicut
est stoliditas defectus intelligence ingenij me
morie. rationis aut timor naturalis. propter
huiusmodi defectus deus ueniam abicit vel co
tempnit. Sed defectus spirituales quos auxi
lio dei quilibet posset euincere. grauiter imputat
scilicet ingratitude mem quorumlibet dignorum
appetitū supfluoꝝ tristitia de pfectu bonoꝝ.
gaudiu de afflictione iustoz. bonoz operu pūlio
ne seu detestacōe. bone fame alioꝝ denigracōe
vel diminuōe. puatu amoꝝ. firmi tenē. sigula
te seſu nullaten⁹ relique. ad placētia hoim feruēt
stude odie correctioꝝ. amae adulaōe. qre extra
neas solacōes. foue carnales affectioes. q. silia

Ita et nos heimitem debemus despiciere si non e
in eo sanitas. membrorum integritas. corporis
fortitudo. forme pulchritudo. eloquentia vocis
habilitas ad cantandum et legendum q null
per se habere pot. s; pro habentibus debem? So
gracias agere pro no hntibus pacenciam hēre
et quantum possumus defectus ipsoru supplete

Largitas dei.

Huius mos e in deo. q; vnicuiq; gratiam
prestat secundum suam capacitatem.
sicut legitur in euangelio. q; vni dedit
quinq; talenta. alij duo. alij vero vnu. vnicuiq;
scdm propriam virtutem. Unde q̄to magis cor
hominis per caritatem dei et proximi dilatatur
et quanto amplius per bonas meditacōnes. per
feruentes oraciones. per iusta desideria. p opeta
humilitatis et superogacōnis habilitatur t̄to
maiores gratiam deus omnipotens elargitur
Et quanto diligentius collata gratia conserva
tur et ea quib; vtitur ad laudem dei et vniuersi
tatis vtilitatem. tanto ad vberiorum gratiam
p̄paratur in presenti et gloriam in futuro. Dila
tandum e ergo cor nostrum et frequenti deside
rio p̄parandum ut deus diues in omnes qui in
uocant illum scdm suam magnificentia. habu
danter super nos possit effundere gratiam suam
Quemcuq; etiam cōtingit dispelaē bō spūalia

in predicatione et in consilijs aduertat diligenti-
tissime ne sanctum det canibus .et margaritas
proiciat ante porcos .sed dies diei eruat ver-
bum et nox nocti indicat scientiam .hoc est per-
fectis perfectiora .imperfectis minus perfecta
tanquam prudens dispensator prouideat .sicut
apostolus sapientiam loquebatur inter perfec-
tos .sed simplicibus nichil nisi ihesum cristum
et hunc crucifixum temporalia vero vni cuiq;
indigenti .secundum capacitatem id est secun-
dum puram necessitatem et non amplius sub-
ministrat

Discretio dei

Huius mos dei est .q̄ ab eo plus erigit
cui plus committit sicut dicitur in euā-
gelio luce .Cui enim habundantius prouidet
in temporalibus .ab eo erigit ut habundanter
procuret elemosinas pauperibus . Et cui ma-
iorem confert sanietatem et corporalem fortitu-
dinem eo ieiuniorum vigiliatum orationum
peregrinationū et bonorū operum magis expetit
exercitiū . Item cui plurima et grauiora peccata
dimittit .seu a peccatis custodit maiorem dilec-
tionē et digniores presencie fructū ab eo requirit
Item qui excellētiōra bona gratuita .scz virtutes
& meliora naturalia scz igemū intellectū memoia
volūtas .arbitriū libertas & mēbroū integritas

Et spūalia plura et digniora. scilicet deuotio senti-
tias consciencie. frequentior confidentia spūale
gaudium. maturitas seruum. ad perfectionem fi-
delitas. diligencia ad bona opera. pura intencio.
zelus animatū. feruor oracōnis. a deo frequen-
tius conceduntur. ab eo frequentiores gratiā
actiones merito exquiruntur. **I**tem quem plus
benignus deus ad cōgnicōnem bonitatis eter-
nitatis immensitatis omnipotentie largitatis cari-
tatis sapiencie misericordie. iusticie veritatis fi-
delitatis pacencie humilitatis suauitatis et no-
bilitatis sue plenius et frequētius admittit
ab eo habūdāciōre laudē et frequētiorē fēuēciōrē
requirit. **I**tem quem ad querendam et cognos-
cendam maiorem perfectionem illuminat. ut
eam opere compleat et ad incognita magis ac
magis proficiat ab ipō magis exsolulat nichil-
ominus necesse est ut ipse ad eandem cognoscē-
dam et imitandam verbis et exemplis oracōni-
bus et desiderijs quoscunq; habiles cognoscit
quā pōt indicat. **P**rouidendum igitur nobis
ē ut singula predicta dona nobis commissa cum
vsua dño referamus ne in racōne reddenda qđ
nobis cōmiserat auferri iubeat s; cū seruo pigro
recondente domini talentum in sudario in tene-
bras nos miserabiliter mitti iubeat exteriorēs.

Iustum iudicium dei.

Huius est mos dei. q̄ facta hominum nō
iudicat sicut apparent exterius sed se-
cundum intentiones cordium interius
omnia discernit in sua immensa et infallibili
sapientia. ideo q̄ opera secundum intentionem
punit grauius vel remunerat excellenter. Si-
militer secundum visionem oculorum aut secu-
dum auditum autem iudicare non conuenit
opera hominum sed siue benignum vultum siue
seriosum nobis ostendant. siue blande siue aspe-
re nobis loquatur siue dent minuscula siue nō
det. in omnibus quantum possumus. non tan-
tum q̄ fiat. sed etiam qua intentione fiat stude-
amus aduertere. et secundum talem intentionē
regere nos debemus. Potius autem sustinenda
sunt ab amicis veris qui bona intentione emen-
dandi gratia dura verba loquuntur. q̄ blanda
verba et dulcia ab eis qui non vere diligunt. nec
aliquē fructum intendunt. sed tantum placere
contendunt. quia meliora sunt vulnera diligē-
tis. dicit salomō q̄ fraudulenta oscula odiētis

Veritas dei

Huius mos est in deo siue perfectio. q̄ ve-
ritas est in pmissis. factus est em̄ ipso
teste celum et terram transire. q̄ vnicum ver-
bum suū falsificari uel mutari. Non enim acce-
pit domin⁹ ihs verba in p̄to sicut nos facimus

sed singula

sed singula verba que loquatur i semper edic-
tata sunt ab eterno in sua sapiencia. **D**icit aut
verificauit verba pphetarum aeterna de ipso predi-
cencium sc; incarnationem natiuitatem passio-
nem resurrectionem ascensionem spiritus sancti
missionem. ita complebit resurrectionem genera-
lem promissam et iudicium futurum. et tunc sol-
uit promissum pauperum cum omnes ad iudican-
dum duodecim tribus israel in iudicio super se-
des duodecim sublimabit. **E**t promissum iugen-
cium cum ipsos sicut mater filios personaliter
consolabitur. **E**t promissum humilium et superbo-
rum cum eos secundum quod humiliati et despecti sunt
exaltabit. et superbos quantum se glorificauerunt hu-
miliabit. **E**t promissum oppressorum cum de manu
dato dei colla opprimetium conculcabit. **N**am fi-
delis dominus in omnibus verbis suis et quicquid
promisit. potens est facere. **D**icit et nos veraces esse
docet ut promissum quo nos in baptismo patri-
ni nostri obligauerunt fideliter seruaremus. sc; **t**
tenere totam fidem catholicam. et renunciamus dya-
bolo et pompis eius implere quoque docem pre-
cepta. **I**nsuper que sponte postea promissimus. siue
obedienciam siue continentiam. siue abstinenciam. siue religionem et similia. **I**tem vera-
ces debemus esse ad proximum. ut sit sermo noster
est. non non videt quod ore loquimur cordi

intendamus. ut si quāquam alicui promissimus
aut si alicui mortuo aut uiuo in aliquo obliga
ti sumus. soluere non tardemus. quia ueritatē
requirit deus et retribuet habundanter uerita
tem contemptibus. Heu heu quā odiosa est
ueritas que optima est per quam omnis est
salus. Qui autem odit ueritatem odit crīstum
Nam ipse dicit. Ego sum ueritas. Multi uero
non solum odiunt ueritatem. immo etiam sūt
ueritatis proditores. unde iohēs crisost. Non
solum ille proditor est ueritatis qui palam p
ueritatis mendacium loquitur sed etiam ille q
ueritatem libere non pronunciat. quam libere
prouinciari oportet aut non libere ueritatem
defendit. quam libere defendi conuenit proditor
est ueritatis.

Deus non est personarum acceptor

Huius est mos in deo. quā nō est personarū
acceptor. sicut dicit apł's petr⁹. Neq;
em̄ in uetēi lege potētes et nobiles. sed
humiles cōstituit iudices sup pplm̄ suū. sicut mo
ysē et yosue et gedō et filis. Nec postea elegit ad
ēgnū potētes et nobiles. s; de humili stirpe gemi
saul filiū as. et dō minū iter frēs. de pasci^o ouiu
i egē sublimauit. In p̄mitiua ec̄ n̄ etiā potētes sa
piētes et nobiles. s; piscatoēs ignobiles cōstituit
p̄ciēs sup dē; terrā ipis ēgnū carie cōmittēd

Et que stulta sunt mundi elegit deus id est ydes
tas ut confundat sapientes sicut dicit aplūs.
Ita hodie nulli confert gratiam gratuita ppter
potentiam nobilitatem fortitudinem aut pul
chritudinem corporalem. s; in omni gente qui ti
met deum et operatur iusticiam acceptus est illi
sicut dicit petrus. **N**ec solum diuites potentes
nobiles. et formosos vocat ad celum. s; etiam
pauperes cecos. et claudos debiles infirmos et
ignobiles compellit intrare. et humiles persone
pfficiunt maxime in ecclesia dei. et in gratiis spi
ritualibus habundant. **I**n postremo etiam iudi
cio personas regum et principum nō accipiet.
sed magnum ⁊ paruum equaliter iudicabit. **N**ec
secundum potentiam nobilitatem aut pulchri
tudinem sed secundum humilitatem caritatem unū
quemq; in gloria sublimabit. **S**imiliter nec
nos personam cuius q̄ debemus accipere. quia
ut dicit gregorius hominem ob hoc q̄ homo
est. id est quia ad ymaginem dei factus ē debemus
honore. nō ob aliquid quod circa ipsum ē id
ē ppter diuitias vestes preciosas. potentiam uobi
litatem amicorum et cognatorum multitudinē
Nam acceptō personatum in scriptura p mag
na imperfectione reputatur. **A**bhit ut predicator
vitā diuitem nobilium et potentiam habentium
hic solacionem suam in predicatione emendet.

viam vero pauperum et afflictorum hic gome
cium irrationabiliter reprehendat. Absit etiã
ut confessor propter iuuentutem pulchritudinẽ
potenciam diuitias et nobilitatem. vel ppter
suum lucrum. comodum potius vnum audiat
q̃ alium vel ad ipsum cum labore eat aut plus
temporis expendat cum ipso q̃ cum sene paupẽ
infirmo ignobili qui forte amplius indigeret sed
talius hac intencione est insistendum quia
possunt magis q̃ alij peccare. et plures ad peccan
dum inducere. Absit etiam ut dantes elemosi
nas pauperum personas accipiãt. sed vbi maior
est indigẽtia magis et frequencius detur elimo
sina et qui ad maiorem perfectionem proficere
cognoscunt. et maiori subsidio adiuuentur. In
omnibus tamen secundum doctrinam apostoli
cui debemus timorem demus timorem. et cui
honorem honorem. et cui amorem amorem et
cui familiaritatem familiaritatem ratione maio
ris sanctitatis vel prelationis vel ratione ordi
nis clericali.

Cura de creature.

Huius est mos dei. q̃ est ipsi cura de om
nibus creature tam de minimis quã
de maximis animalibus natalibus volatilibus
etiam de passeribus quorum duo veniunt
dypondio nec vnus est in obliuione coram deo

Item de magnis et parvis veribus. hec enim
omnia i esse conseruat eis vite necessaria et inue
subministrat. **I**tem de quatuor elementis curam
habet. et oim que ab eis nascuntur vel nutriuntur
siue vegetentur. ut herbe et arbores. siue vi
uant vt cetera animalia. precipue vero gerit curam
tam hominum quos ad ymaginem et similitu
dinem suam fecit quos membra dilecti filij sui
constituit et templum spiritus sancti ordinauit
singulis singulos angelos ad custodiendum de
putans in carnem et sanguinem preciosissimo
pignemta sui reficiens qd qz adhuc prestancius
e peccatoribus inimicis suis vite necessaria pro
uidet habundantia qd amicis. **I**tem curam gerit
animatum quibus oblationes sacerdotum pro
ficiunt ad penatum remedium. **H**ecet ipis sacer
dotibus ex eisdem oblationibus indigne offeren
tibus dampnatio generetur. **S**imiliter per de
sideria triumphantis et per suffragia militantis
ecclesie adiuuantur. **E**t hec homines oracionibus
elemosinis ieiunijs peregrinacionibus extra ca
ritate factis ppria peccata deleta non sufficiant
pie tamen credi pot qd ex eisdem mitigacionem
et absolucionem penatum ex benignitate dei susci
piunt cu pro eis fuerit. si viuentes meruerit in se
culo. Angelorum curam etiam magnam habet
quos in tanta bntudine creans absq ois mali

experientia conseruauit immunes et conseruat
Similiter et nos curam gerere debemus quatu
libet creaturarum .ut singulis secundum debita
dei ordinationem utamur .ne in die iudicii ip
sas in malicia nostre testimonium habeamus.
Item curam omnium hominum .ut comodum
et incommodum singulorum nobis medullitis
assumamus ipsosq; ab iniusticia retrahentes .
desiderijs orationibus et bonis exemplis in do
mino confortemus . **I**tem curam animarum in
purgatorio ut ipsos in penas operibus miseri
cordie frequenter mitigare curemus . **I**tem cura
angelorum ut premium quod ipsis ex eorum
obsequio et custodia de nostro profectu debetur
ex culpa nostra ipsis nullatenus subtrahatur.
Item curam dei pre omnibus gerere debemus
solicite .ut semper et ubiq; qd ei de nobis max
ime placeat et ad que nos maxime ordinauit
exequamur.

Conmunitas dei.

Huius est mos dei . qd nunquam turbatur . Et
habet scriptura sepe referat de ira et furore
Et nequaquam tamen credendum ipsum posse turbari s
cum peccata vindicat . vel ex iusticia gratia; subtrahit
irasci dicit et turbat ipse vero impassibilis non habet
otium . et tamen simplicitatis est ut tanta sibi iocunditas
et felicitas est inuata qd in ipso nulla turbatio locum habet .

Similiter et nos quāntūm qz possumus tur-
bacōnem nostram vitare debemus. quia modica
vel potius nulla gratia quiescere pōt in anima
p̄turbata. **A**d vitandum vero turbacōnem ne-
cessaria ē vehementis circa deum occupacō et dilec-
tio fortis ut mors qui virtutem mortis op̄ret
in nobis ut mala opera p̄p̄morum videntes nō
videamus. et verba noxia uel nobis contraria
audientes non audiamus. nec corda nostra cum
talibus occupemus. sed simus quasi cœci et surdi
et quasi muti. quasi nō habentes corda sicut d̄s
de se dicit. Ego tanq̄ surdus nō audiebam et si-
cut mutus nō ap̄tens os suum. insistentes tā-
tum fideliter et feruenter h̄is que dei sūt. et ali-
os in omnibus p̄p̄e consciencie relinquentes.
sive iudicium prelatorū sive extreme v̄ndicte
dei dicentis. **M**ichi v̄ndictam. et ego retribuā
eis in tēpore. **S**imiliter et aliorum turbacōne
quāntūm qz possumus cauere debemus ne ipsi
nos econtrario perturbent. ut sepe fieri solet ut
ex hoc remordentē conscienciam ipsi habeamus
Quicq̄ in sanctis meditacionibus iustis deside-
rijs. oracōnibus alijs bonis op̄ibus subtrahitur
v̄niuersitati suae in celo sive ī terra bonis et ma-
lis. sive in purgatorio. nobis turbacōnem ex
iusta causa promouentibus. omnipotēs deus
amator iusticie iulcū ī nouissimo die nō elinquet

Deus cōmodum suum non cōuertit

Huius est mos dei q̄ in omnibus operi-
bus suis et ordinatione nichil cōmo-
di sui respicit. sed pure et p̄cipaliter
eterne et immense bonitatis sue habundanciam
et hoc ad humane et angelice creature utilitatē
In creatione quippe et conseruacione celorū
et quatuor elem̄torū et oīm q̄ i eis sūt n̄ cōuertit suū
cōmodū. sed hoīnū et angelorum fructum. Si-
militer q̄ qd̄ ordinauit in creaturis quibuscūq̄
sue sit te mperies siue intemperies. siue penuria
fructuum. siue habundancia. siue sanitas siue
pestilencia. Quicquid etiam facit circa ho-
mines conferendo gratiam. siue subtrahendo
siue permittit eos sanos esse. fortes debiles et
infirmos. paup̄es siue diuites. viuere seu mori
siue permittat regnare bonos siue malos. tueri
siue affligere pauperes siue iuste iudicare. siue
iudicium peruertere. omnia ordinauit. omnia
facit omnia permittit propter suam inestimia-
bilem bonitatem et hominum communem utilitatem.
Similiter in omnibus desiderijs. ora-
tionibus ieiunijs. elemosinis verbis nostris.
et in alijs omnib⁹ que facim⁹. dimittim⁹. susti-
nemus. a deo pura debz esse nostra int̄cio. ut nec
plac̄ciam nec displac̄ciā hoīm. aut nēm cōmo-
dū attēdam⁹. a gr̄z in p̄nti aut glām in futuro

sed tantummodo pure et principaliter propter dei
ammirabilem bonitatem et secundario propter
salutem. **P**ed quantomagis et purius partem
dei respiciamus et quantominus nostram et ali
orum utilitatem attendimus tanto acceptabi
lius est deo et tanto vniuersitati fructuosius o
pus nostrum. **N**eu quantum deo deperit et vni
uersitati quod in factis nostris aliis respiciamus nisi
pure dei bonitatem. **C**um enim ventalabro suo sepe
rabit paleam a tritico sicut dicit matheus id
est per sapientiam suam purum diuidet ab im
puro tunc solum triticum in horreum assumet
palea comburente id est solum id quod propter deum
factum est pure uel dimissum uel passum in celo
remunerabitur et vniuersitati vtile redetur di
cente propheta. **S**ietribuet michi dominus secundum
iusticiam meam et secundum puritatem
manuum mearum in conspectu oculorum eius
Deus omnia bene fecit

Huius est mos dei quod omnia sua opera in
summo bene facit. **O**pus quippe celi et
terre angelorum et hominum et aliarum
creaturarum a deo bene fecit ut melius excogitari
non possit. **S**imiliter opus redemptionis quod ne
mo alius neque in celo neque in terra neque sub
terra facere potuit sicut legitur in apocalypsi in sum
mo benefecit prudenter vincendo dyabolum in ligno

quo vixerat sub humana fragilitate semper ce-
lans diuinam potenciam. qui a si demones cog-
nouissent ut dicit apostolus. nunq̄ dominum
glorie crucifixissent id est crucifigi persuassissent.
Similiter q̄d̄d̄ hodie facit siue peccata vidicet
siue diss. mulier propter penitentiam siue gratiã
subtrahat electis. siue conferat fidelib; siue anime
quandoq; se familiarem quandoq; alienum ex-
hibeat siue sit ventus. siue pluuia. siue aura
frigida siue calida. siue sicca sit via. siue madi-
da. siue fructus terre habundet. siue pereat pro
illo tempore melius fieri non possit. quia ex mi-
mia caritate. et benignitate dictante immensa sua
sapiencia. singula debito tẽpore operatur. Opus
vero remunerationis in summo bene faciet cum
singulis peccatis et singulis mẽbris que fuerũt
arma iniquitatis reddet iustã penam p̄ q̄titate
et qualitate cõmissionis et cum singulis bonis
voluptatibus verbis factis et exemplis iustam
mercedem restituet pro quantitate caritatis.
Similiter et nos omnem diligentiam appo-
nere debemus ut singula opera nostra quantum
vñquã melius possumus faciamus ex oĩ v̄tute
domini nũ ihu xpi. et cũ õni desiderio triumphatis
et militatis ecclie. et sub noie creatoris q̄si tota sal-
nẽa et ois laus dei et vniũsilitatis vtilitas ex vno
ore dep̄deat. q̄si nunq̄ ad illud opus reuertimur.

neq; opus aliud postmodum inceptum. Quia
ciens enim aliquod op⁹ facimus ad aliud opus
fecunter pperantes. et solo desiderio alterius
oporis laescit. animus in opere in quo sumus
Verbi gratia. Cum sum⁹ in oratione vel in alio
opere. et propinimus scribere vel studē vel aliud
opus facere. statim circa orationē minuitur nos
ter affectus et citius absoluihur ab incepto

Benignitas dei

Huius est mos dei. q⁹ nunq⁹ iudicat secun
dum preteritam vel futuram maliciam
vel bonitatem. quam ipse cognoscit in
homine sed secundum presentem iusticiam vel
iniusticiam sicut paulum nō dampnauit ppter
preteritā maliciam. nec iudam saluauit ppter
preteritam iusticiam. Sed nos miseri quan
tumunq; aliquis proficiat in virtutibus vel
in sanctitate frequenter tamen preterite recoe
damur iniusticie. Si autem iustus cadēs a via
iusticie in aliquo semel excedit. et si respiscat
nequaq⁹ tamē sanctitatis preterite recordamur

Misericordia dei

Huius est mos dei. q⁹ nunquam plus pu
nit in idipsum si vna pena sufficiat.
et si sequitur correctus inter flagella.
Nos autē miseramini p vna nobis illata iniuria.
cētū si eēt possibile grauiorēs molestias inferrem⁹

De conformatione anime ad deum.

Fidelis anima toto nisu conformare se debet predictis diuinis moribus pro posse suo. Quanto enim conformior erit in istis anima creatori suo in hoc seculo. tanto erit conformior in futuro. Et quanto conformior tanto beator. et tanto laudabilis deo et vniuersitati vtilis. Jam gaudendum est fidelis anime quia predictos mores dei habebit in eterna vita cum ei similes erimus et videbimus eum.

Oratio.

fieri est.

ya passime deus qui anime nostre tuam ymaginem absque nostro defectu impressisti. petimus propter omne quod es tu. cum omnium quod tu es. predictos mores misericorditer impone nobis. ne in vanum circa nos laboraueris. ne inuacuum periculose ymmo viam si non tuum seruum circa nos ad finem debitum perducamus.

In omnibus non possumus deum finitari. Dat et alii mores in deo in quibus non est imitatio. hoc potius ammiratio. sed quod ipse solus scrutata cordium scrutatur. solus seipsum perfecte agnoscit. et amat. et fruiat et laudat ipse sibi solus sufficit et non indiget extrinseco et ab ipso solo omne bonum procedit. omnium beatitudo in ipso solo consistit. Ipse solus habet immortalitatem.

et inhabitat lucem inaccessibilem. ipse solus
 de nichilo aliquid facit. ipse solus omnia in esse
 conseruat ipse solus peccata condonat. ipse solus
 scit horam iudicij ipse solus scis numerum electo-
 rum. Amen.

ExPLICIT TRACTATUS BEATI THOMAE
 DE AQUINO DE DIVINIS MORIBUS

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF

Capitulum primum

Omnipotens deus pater omnipotens

deus pater omnipotens

Deus pater omnipotens

deus pater omnipotens

deus pater omnipotens

deus pater omnipotens

deus pater omnipotens

deus pater omnipotens

deus pater omnipotens

deus pater omnipotens

deus pater omnipotens

